

## **Cartulaire manceau de Marmoutier, Tome Second, Mayenne, Nr. 36**

Notum sit omnibus presentes litteras inspicientibus quod cum abbas Majoris monasterii et ejusdem domus conventus erga judeos de Meduana et maxime erga Salomonem et Samuelem, filium ejus multo et gravi debito obligati essent, ipse abbas et ejus procuratores ex integro quicquid predictis judeis debebant eis persolverunt et immunes erga eos de omni debito remanserunt. Et ne abbas predictus et conventus vel domus Sancti Stephani de Meduana eidem abbati submissa pro debito amodo molestetur, ego Juhellus, dominus Meduane, quia debitum coram me et finitem fuit et persolutum, presentem cartam feci scribi et sigilli mei munimine roborari, testibus istis Gaufrredo de Taneto, senescallo terre mee de Meduana, de Janiguari de Maonido, senescallo terre mec de Dinano, et Guillelmo de Hercane et pluribus aliis.